

universalis Ecclesiæ multa precum redditio, elemosynarum distributio, omnimoda salubrium votorum oblatio, Deum indesinentor sollicitaverit. Et ille : « Vera, inquit, vera, frater, commemoras, sciasque Deum delectari in precibus fidelium pro me fuis. Ex quibus dum gratiam consequi debueram, a sancto Brunone graviter impediior. Obstatenim multa quæritans adversa, quibus miser ego hanc sanctam nocui congregationem; sec sibi satisfactum pro iis, nec digna pro meritis me recepisse opponit. Pro solis ergo vobis hactenus mihi negata est venia. » Et custos : « Mi domine, ait, si omnibus iis, quæ persecutus es, fides adhibenda est, nobis quid ⁵⁵⁰ de tali præsumendum est patrono? » Et ille : « Magni, ait, meriti hunc apud Altissimum scias, et vere provisorem et dispositorem omnium quæ vobiscum aguntur. Nam locum istum et fratres quasi a Deo sibi creditam possidet familiam, utque advocatus vester inter vos frequenter versatur, cuncta ordinat et disponit. Et quoniam ipsi de vobis cura est, misericordiam flagito; vestris super me precibus moveatur! » Nec plura iis locutus, subtrahitur; custos etiam sibi redditur.

Item de eodem Brunone archiepiscopo. Magni enim meriti apud Deum beatus Bruno esse dignoscitur. Nam quicumque in quartana vel tertiana laborat, si ad sepulcrum ejus devoto corde accesserit, et de calice qui ejus pectori superpositus in sepulcro fuit, per tres continuos dies biberit, ejus meritis a Deo sanotitatem se percepisse gaudebit.

VARIE LECTIONES.

⁵⁵⁰ nobisque c. ⁵⁵¹ Me cod. ⁵⁵² hic sequuntur in codice duo versus : Arborei flores designant orbis honores. Ut pereunt flores, pereunt sic orbis honores. Sed apparet, in codice, unde noster descriptus est, eos ab alio in loco vacuo additos fuisse, ut sæpe fit in codicibus; nostri scriptor, diligentissime omnia exarribens, neque hos versus omittendos putavit. BETHMANN.

DIPLOMA BRUNONIS.

Confirmat commutationem factam inter Werinfridum abbatem et Warnerum comitem.

Bruno sanctæ Coloniensis Ecclesiæ filius Dei gratia archiepiscopus servorum Dei, notum esse volumus tam præsentibus quam et futuris, quia quidam religiosus abba ex monasterio Stabulaus et Malmundaria Werinfridus nomine adiit clementiam nostram, pro quadam commutatione, quam fecerat cum comite Warnero fideli nostro, et quia eadem monasteria sub nostræ tuitionis defensione erant, petiit eandem commutationem nostra auctoritate roborari. Cujus petitioni, quia justa erat, annuimus, et utilitati Ecclesiæ consulimus. Habebat namque prædictus comes noster fidelis juxta monasterium Stabulaus quamdam villam sui juris nomine *Baldau*, quam Sigifridus comes ut acquireret, et apud nos et apud fideles nostros sui intercessores valde laborabant, quod abbas audiens, et nimiam imo immortalem inquietudinem (1974) timens loci, hoc consilium toto nisi studuit præoccupare, et aures clementiæ

(1974) Quippe antiqui patres magnatum procerum qui consortia ante omnia fugiebant; atque adeo vi-

A *De miraculo quod in cœna Domini contigit ad sepulcrum ejus.* Ne vos lateat miraculum, quod in cœna Domini contigit, vesiræ charitati intimare disposui. Cum mane convenissemus oratum pariter, ingessit se pari devotione quædam, ut oraret. Hæc quinquennio manus infirmitate laboraverat, ut in palme medio insingerentur sibi digitorum summitates. Mox ut prostravit se sepulcro sancti Brunonis archiepiscopi, extensa manu sanitatem obtinuit. Et ne videatur inane, cicatrices jacentium digitorum probant manifeste.

Bruno pacificus, æterni regis amicus,
Te ⁵⁵¹ duce, pastore et rectore Colonia gaudet.
Cum duce majestas, et cum duce regnat honestas,
Sub duce pax grata multis et curia lata,
In duce lex culta viget et sapientia multa.
Cum duce majores sunt et plerique minores,
Sub duce prudentes versantur et insipientes,
Et merito vere scit quemque decenter habere.
Tractat clementer humiles, timidosque potenter.
Clerus honoratur ab eo, populusque juvatur;
Attollit plenos opibus, solatur egenos;
Nil patitur nequam, sed legem discutit æquam.
Delicias nescit, qui non sub eo requiescit.
Cum duce multarum sunt gaudia divitiarum.
Hoc siquidem juste, quia dispensando venuste
Non illas celat, sed in iis, ut prosit, anhelat.
Isti sunt mores, quibus acquisivit honores,
Per quos et captat sibi plures atque coaptat.
Lælus, non tristis, semper perduret in istis ⁵⁵².

B

D

C nostræ ne id fieret sæpius commonere. Itaque convenientes in unum abba præfatus et comes dedit idem Werinfridus abba Warnero comiti fideli nostro quidquid habere videbatur in villa *Nohas* dicta, in pago Heiflensi, in comitatu Tulpiaco, id est curtem bonam cum casticiis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, quæsitis et inquirendis, silvarum magnam copiam, familiam utriusque sexus, et cætera ad eundem locum pertinentia. Et quia monachi alterius monasterii, id est Malmundariæ, quamdam partem in eadem villa habebant, reddidit abba eadem ecclesiæ in pago Condustrio locum qui dicitur Villa, in comitatu Hoio vi mansos bones cum familia utriusque sexus, silvam bonam, et cætera ad eandem villam appenditia. Econtra dedit memoratus comes Warnerus eorum testibus idoneis quidquid habere videbatur in villa jam dicta *Baldau* curtem bonam sed ab hostibus valde vastatam, agri culturas civitatem ipsorum in primis declinabant. Unde et horrendas ad inhabitandum solitudines eligebant.

bonas, Cambam, molendinum, silvam magnam. Nam ecclesia ejusdem villæ cum bono dotalicio, privilegia et constitut, scilicet terra et silva eidem monasterio antiquitus fuerat data; hæc omnia invicem sibi tradiderunt abba cum consensu monachorum utrorumque cœnobiorum, et comes cum consensu uxoris et filiorum et amicorum suorum, et coram celsitudine nostra eamdem commutationem firmaverunt, et idem comes per testes idoneos ramum cum cepite ad altare Stabulaus misit, et traditionem cum vestitura

legaliter fecit. Et ut hæc cummutatio futuris temporibus firmior habeatur, petitione ejusdem abbatis manus nostræ tractu signavimus. Signum Werinfrindi abbatis. Sign. Werinmundi, Titgeri, Norberti, Reginardi et cæterorum. Et alterius monasterii. Signum Odulfi, Wisirici, Heilfridi, Rogibaldi. Sign. Warneri comitis, Reginardi, Gevardi, et Richarii, et multorum. Acta sunt hæc publice Aquis palatio die 11 Kalend. Novembris, regnante rege Ottone fratre nostro, anno xviii, Godefrido duce.

ANNO DOMINI DCCGCLXV.

LEO VIII ANTIPAPA

NOTITIA HISTORICA.

(Gocquelines, bullar., privileg. summ. pont. ampl. Collect.)

In Romana Synodo deposito Joanne XII sanctæ Romanæ Ecclesiæ die vi Decembris anni 963, Leo VIII protoscriniarius in ejus locum ordinatus est, quem tamen Romam rediens, sequenti anno, Joannes post Othonis imperatoris recessum fugere coegit, usurpatamque dimittere dignitatem. At cum Joannes die xiv Maii obiisset, Romani Benedictum, de quo mox dicemus, sine Othonis consensu et voluntate, apostolicæ sedi imposuerunt. Quare imperator cum Leone Romam perrexit, factoque conciliabulo, Leo pallium Benedicto abstulit, et simul pontificalem ferulam, quam fregit et iterum pontificiam sedem invasit, quam unum annum tenuit tresque menses.

LEONIS VIII

ANTIPAPÆ

PRIVILEGIA ET CONSTITUTIONES.

I.

LEONIS VIII EPISTOLA AD RODOALDUM PATRIARCHAM
AQUILEIENSEM.

(Anno 963.)

Illi pallium mittit.

[Apud Ughelli, *Italia sacra*, V, 44.]

LEO episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo ac sanctissimo confratri nostro RODOALDO, sanctæ Aquileiensis Ecclesiæ patriarchæ.

Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant, quanto nos sudore quantaque cura debemus esse pervigiles, qui pastores animarum dicimur. Attendamus, et susceptum officium exhibere erga custodiam Dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem negligentis reatus excruciet, unde modo honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur. Pallium autem fraternitati vestræ ex more ad missarum solemniam celebranda transmisimus; quo tibi non aliter, Ecclesiæ tuæ privilegiis in tuo statu manentibus, uti concedimus,

quam prædecessores decessoresque tuos usos esse incognitum non habetis. Cujus quoniam indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur ut et morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus, auctore Deo, recte utrobique, possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula. In ipsa, si qua fortitudo illis injecta est, dirigantur; in ea quod imitentur aspiciant; in ipsa semper considerando proficiant, ut tuum post Deum videatur esse bene quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant. Sed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat. Districtum mali cognoscant. Insonem apud te suggestio mala non faciat. Nocentem gratia non excuset; remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod ultus non fueris, perpetrari permittas; sit in te boni Pastoris dulcedo; sit et judicis severa districtio. Unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos ferocientes a feritate compescat. Sed quoniam nonnunquam præpositorum zelus, dum districtus malorum vult vindex existere, transit in crudelitatem correptio, iram judicio refrena, et censura

Custodia te æquitatis extollat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere. Nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare, quatenus Deo miserante talis possis existere, qualis sacra lectio præcipit dicens: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse* (I Tim. III, 2). Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Et ecce, fratrum charissime multa alia ista sunt sacerdotii, ista sunt pallii, quæ si studiose servaveris, quod foris accepis se ostenderis, intus habebis. Et ut omnibus pateat Christianis, quanta charitate diligamus ob amorem beati Marci evangelistæ pastoris nostri, gloriosissimi Petri apostolorum principis discipuli, qui vestra præsedet cathedræ, renovamus vobis, per præsens privilegium, illud antiquum sanctissimo Hermagoræ, beati Marci evangelistæ successori, a beatissimo Petro contraditum, verum peccatis nostris promerentibus a paganorum sævitia concrematum. Volumus scilicet, et apostolica auctoritate jubemus, ut inter omnes Italicas Ecclesias Dei sedes prima post Romanam Aquileiense, cujus Deo auctore præes, habeatur. Sed et hoc in augmentum et decorem Ecclesiæ vestræ concedimus ut dum volente Deo vos vestrique successores ab hac luce migrare contigerit, non liceat quempiam ex aliena Ecclesia præponi. Sed ex proprio sinu tam clerici, quam laici eligant, quem legaliter sibi pastorem constituent. Fidelis est Deus, qui nunquam deficere patitur, ne in Aquileiense Ecclesiæ cœtu talis possit inveniri, qui merito cæteris episcopatus dignitate possit præponi. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul pervenire dulcedinem mereamur.

Datum in sacratissima æde Petri apostoli, Idibus Decembris, anno pontificatus Leonis I, imperante Othone anno II.

disciplinæ sic utere, ut culpas ferias, et a dilectione personarum, quas corrigis, non recedas; misericordem te, ut virtus patitur pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subveniat; opprimentibus modesta

A correptio contradicat. Nullius faciem contra justitiam accipias. Nullum quærentem justa despicias.

II.

LEONIS VIII PAPÆ PRIVILEGIUM DE INVESTITURIS.

(Anno 963 Dec. 6, 964 Jan.)

[Apud Pertz, *Monumenta Germaniæ historica*, Leg. tom. II, p. 166].

MONITUM.

Chartam inde ab undecimo sæculo celebrem ex fol. 192 codicis Vaticani n. 1984, (1975) Romæ sæculo XI et initio sæculi XII exarati sistimus, emendatam tamen ope codicis Cæsarei Vindobonensis in catalogo Juris canonici n. 105, fol. 13, quem Gentillotus sæculo XII, sed kopitarius noster decimo tertio assignat. Tertium exemplar exstat in bibliotheca eadem inter codd. Salisburgenses n. 323. mbr. sæc. XI exeuntis aut XII, fol. 104; quartum evolvi Bambergæ in collectione canonum sæc. XII vel XIII ineuntis C. 64 signata, ubi post notitiam de Adriani decreto et ante Nicolai II constitutionem et concordatum Wormatiense habetur; quintum Cantabrigiæ inter codd. collegii Corporis Christi; sextum in bibliotheca civitatis Bruggensis in Flandria, ubi una cum Nicolai II constitutione de electione papæ in codice sæculi XIII Petro de Riga super tota biblia subjicitur. Partem ejus Ivo Panormiæ L. 8, cap. 135, et Gratianus Decreto suo dist. 63, c. 23, inseruerunt; integra, sed aperte interpolata, ex codice Florentino in Theodorici de Niem tractatu De privil. et juribus imperii apud Schardium *Coll. opp. de jurisdictione imperiali Basil.* 1566, et Goldastum prodit. Notitiam rei gestæ legimus in libro tertio Collectionis canonum tripartitæ et in Decreto Ivonis I. 8, c. 136 (1976). Lis de auctoritate chartæ rationibus huc usque prolatis minime conficitur. Nam omnia illa quæ hic regibus Theutonicis conferuntur, scilicet jus certum in eligendo pontifice, patriciatum Romanum et jus vestituræ episcoporum, inde ab antiquis temporibus ad eos pertinuisse constat; jus vero eligendi sibi successorem Otto jam tum temporis, consentientibus Germaniæ proceribus, sibi usurpaverat. Forma tamen chartæ ea est, quæ suspicionem aliquam certe moveat: nam ut alia taceam, quis unquam papa de prædecessore suo scripsisset *cujus vitam et actionem satis discretam audivimus*, et Ottonem omissa *imperatoris* voce non nisi *regem Teutonicum* designari, scrupulum injicere debet; et temporis designatio desideratur. Sed cum Ottonem et Leonem fœdus Imperii et Ecclesiæ renovasse haud dubium sit, conditionibus hic propositis fides haud omnino abneganda erit.

Privilegium Leonis Papæ VIII.

Convenit apostolico moderamine pollentibus be-

NOTÆ.

(1975) Unde et in Baronii Ann. edit. Luc. transcripta est.

(1976) Kopitario nostro textum Ivonis in codice Cæsareo Vindobonensi inter Salisburgenses Nro. 323. mbr. sæc. XI exeuntis aut XII debemus: « Leo papa congregata. Rome synodo in ecclesia sancti Salvatoris, ad exemplum beati Adriani apostolicæ sedis episcopi qui domno Karolo victoriosissimo regi Francorum et Longobardorum patriciatu dignitatem ac ordinationem apostolicæ sedis et investituram episcoporum concessit. Ego quoque Deo servus servorum Dei episcopus cum cuncto clero ac populo Romano constituimus, firmamus et corroboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domno Ottoni primo regi Teutonicorum ejusque successoribus hujus regni Italiæ in perpetuum, tam sibi facultatem eligendi successorem

quam summæ sedis apostolicæ pontificem ordinandi. Ac per hoc archiepiscopos seu episcopos ut ab ipso investituram suscipiant, consecrationem autem unde debent; exceptis his quos imperator pontifici ex archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cujuscunque dignitatis vel religionis eligendi vel patricium sive pontificem summæ sedis apostolicæ aut quemcunque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius imperatoris; quod tamen fiat absque omni pecunia. Et ut ipse sit patricius et rex. Quod si a clero et populo episcopus quis eligatur, nisi a supradicto rege laudetur et investatur, non consecratur. Si quis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid molitur, hunc excommunicationi subjacere decernimus, et nisi resipuerit inrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis feriri. Explicit decretum. »

nivola compassione succurrere, et poscentum ⁵⁵³ animi alacri devotione prebere assensum. Ex hoc enim potissimum premium apud conditorem omnium depromitur ⁵⁵⁴ Deum, quandoque omnem clerum et omnem populum asserimus esse concordem, et ad meliorem fuerit sine dubio statum perductus. Atque ideo quia juste et rationabiliter vestra humilitate ⁵⁵⁵ nostro apostolatui humiliter postulatis, quatinus gratulanter peragentes ⁵⁵⁶ sanctam synodum, nostro consilio ⁵⁵⁷ congregatam patriarchio Lateranensi ⁵⁵⁸, in ecclesia sancti Salvatoris constitutam, a compluribus viris catholicis episcopis et abbatibus in super iudicibus ac legis doctoribus promulgantibus, qualiter quiete ac pacifice stare ac vivere valeamus; presentibus omnibus et ⁵⁵⁹ singulis regionibus hujus alme urbis Rome, ac ex omnibus ordinibus, clericy ⁵⁶⁰ ac populi, asserentibus et confirmantibus per omnia, heresi et alteratione et omni errore expulso, quoniam nimis ⁵⁶¹ his temporibus error ex hoc crescebat; decernimus tam de Romano imperio quam de apostolica sede ac dignitate patriciatus quam de investitura ⁵⁶² episcopatus. Idcirco ad exemplum beati Adriani sedis apostolice episcopi, cujus vitam et actionem satis ⁵⁶³ discretam audivimus, et rationabilem ⁵⁶⁴ admodum in suis ⁵⁶⁵ spiritalibus sanctionibus recognovimus; qui ⁵⁶⁶ ejusmodi sanctam synodum constituit, et ⁵⁶⁷ domno Carolo victoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum, ac patricio Romanorum ⁵⁶⁸, patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicæ sedis et ⁵⁶⁹ episcopatum concessit ⁵⁷⁰; nos quoque Leo servus servorum Dei episcopus ⁵⁷¹, simul ⁵⁷² cum cuncto clero et universo populo Romano omnibus ⁵⁷³ ordinibus hujus ⁵⁷⁴ alme Urbis, sicut in ipsis conscriptis apparet, constituimus, confirmamus, corroboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem concessimus atque largimur, domno Ottoni ⁵⁷⁵ primo, Teutonico regi, dilectissimo spiritali in Christo filio nostro, ejusque successoribus hujus regni Italie in perpetuum, tam sibi facultatem successorem eligendi, quam summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc ⁵⁷⁶ archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi tamen ⁵⁷⁷ ab eo investituram suscipiant, et consecrationem recipiant undecumque pertinuerit, exceptis his quos imperator pontifici et archiepiscopis concessit. Ita demum asserimus, ut nemo deinceps,

A cujusque gradus vel conditionis ⁵⁷⁷ aut dignitatis sive ⁵⁷⁸ religiositatis, eligendi regem vel patricium ⁵⁸⁰ sive pontificem summe sedis apostolice, aut quemcumque episcoporum ⁵⁸¹ vel ordinandi habeat facultatem; set soli regi Romani imperii hanc reverentie ⁵⁸² tribuimus facultatem, absque omni pecunia hec omnia superius disponenda ⁵⁸³; et ut ipse sit rex et patricius. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto ⁵⁸⁴ rege laudetur et investiatur, a nemine ⁵⁸⁵ consecratur. Unde si quis contra hanc apostolicam auctoritatem et traditionem aliquid molitur, aut temerator in aliquo repertus fuerit, sive contra hoc ⁵⁸⁶ nostrum concilium ⁵⁸⁷ agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et filii nostri domni Ottonis ejus successorum et nostram ⁵⁸⁸ casurum, et sub anathematis vinculo emersurum, ac per hoc excommunicationi universalis Ecclesiæ omnisque populi christiani eum subjacere decrevimus. Insuper nisi a malo resipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis suppliciis feratur. Qui vero pio intuitu cunctorum ⁵⁸⁹ observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque eternam cum omnibus sanctis sine fine habere mereatur in sæcula sæculorum. Amen. Amen ⁵⁹⁰.

III.

LEONIS VIII PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO S. PETRI MONTIS MAJORIS.

(Anno 963-5.)

[Apud Baluze, *Miscellanea*, III, 5.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, MAURINGO religioso presbytero et monacho atque abbati venerabilis monasterii beati Petri apostolorum principis, quod situm est territorio provinciæ in locoque Montemajore, et per te in eodem venerabili monasterio successoribus tuis in perpetuum.

Si semper sunt concendenda quæ piis desideriis congruunt, quanto potissimum ea quæ pro divini cultus prærogativa noscuntur, non sunt omnino abneganda, quæ sunt a largitoribus non solum poscenda, sed vi charitatis procul dubio exigenda. Igitur quia petiit a nobis tua religiositas quatenus confirmaremus vobis et vestro monasterio in honorem videlicet beati Petri apostoli (fundato), quod situm est in monte qui Major (dicitur), pro voto et amore dilectissimi et charissimi filii nostri imperatoris

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁵³ poscere cui 1. poscendum 2. ⁵⁵⁴ depromitur dum 1. ⁵⁵⁵ nostra umilitate 1. ⁵⁵⁶ peragrantes 1. ⁵⁵⁷ concilio 1. 2. ⁵⁵⁸ laterani 2. ⁵⁵⁹ deest 1. ⁵⁶⁰ cleri 2. ⁵⁶¹ nimius 2. ⁵⁶² vestitura 2. ⁵⁶³ sat 2. ⁵⁶⁴ rationabiliter 1. ⁵⁶⁵ suis 1. ⁵⁶⁶ quia 2. ⁵⁶⁷ et in præsentia eorumque auctoritate *Theod. de Niem.* ⁵⁶⁸ Romano suisque successoribus regnum Italiæ, patriciatus d. *Theod. de Niem.* ⁵⁶⁹ deest 1. ⁵⁷⁰ c. Insuper et episcopatum investituram velut ipsi cum discretione et reverentia libitum fuerit. Igitur nos Leo *Theod. de Niem.* ⁵⁷¹ episcopis *Theod. de Niem.* ⁵⁷² similiter 2. ⁵⁷³ omnibusque 2. ⁵⁷⁴ ujus 4. ⁵⁷⁵ domno Ottoni primo teutonico reg. 1984. domino Othoni primo Augusto, Teutonico, regi providentissimo spiritali in Christo filio nostro *Theod. de Niem.* ⁵⁷⁶ hoc et a. 2. ⁵⁷⁷ tantum *Th.* ⁵⁷⁸ conditionis 4. ⁵⁷⁹ vel 2. ⁵⁸⁰ principem *Th.* ⁵⁸¹ episcopum ut vel 2. ⁵⁸² reverentiam 2. reverendam *Th.* ⁵⁸³ disponet ac reget, utpote rex et patricius Romanus *Th.* ⁵⁸⁴ suprascripto 2. ⁵⁸⁵ i. non c. 2. ⁵⁸⁶ deest 2. ⁵⁸⁷ consilium *Th.* ⁵⁸⁸ et omnium prædecessorum nostrorum et nostram 2. ⁵⁸⁹ custos et obs. 2. ⁵⁹⁰ amen *habetur semel in 2. Theod. de Niem hæc addit*: In his actis interfuere senatores, proconsules, exarchatus quidem tenentes regionarii, schola Græcorum, Arabum, Judæorum et de majoribus omnium platearum. Insuper cardinales, archiepiscopi, omnes presbyteri et episcopi de finitimis civitatibus, processionarii, notarii, cancellarii, et ex omni plebe Romani imperii.

cum summa reverentia nominandi Ottonis et Adalaisæ charissimæ imperatricis conjugii ejus filiæ charissimæ nostræ spirituali, ut privilegium sedis apostolicæ largiamur, ipso namque monasterio in integro cum ecclesiis suis, terris et silvis, fundis et casalibus, cum servis et ancillis, et monasterium desertum antiquumque Horluc cum omnibus adjacentiis vel pertinentiis suis, necnon et villa quæ Tunneto cum servos et ancillas, vineis seu terris, cum omnem dationem et publicam functionem, quæ sita est in comitatu Bedarese, pariter et cellam sancti Honorati in integro cum omnibus sibi pertinentibus, sitam in comitatu Aquense, ubi dicitur Rocca Fraudosa, et sunt in comitatu Tolonensi; castrum qui nuncupatur Septem Furnos cum omnibus appendiciis suis; id est, villis, salinariis, piscationes, salinas quæ vocant Eras, et omnia ibidem pertinentia, et sunt in comitatu Arelatensi; terra sancti Petri in castro Fossis, vallem quæ nominatur sancti Petri ab ipsis ecclesiis, in primis sancti Petri, sancti Martini, sancti Juliani, sancti Genosii, sancti Hermetis; et in ponte vaso uno qui Venroso vocatur; et in comitatu Avenionense, in villa quæ vocatur Casus, sunt mansi octo et ecclesia disrupta cum servis et ancillis; et in comitatu Regensi curtem quæ nominatur Criselgis, cum servis et ancillis, sive etiam et aliis locis quæ a priscis temporibus in eodem monasterio a Christianissimis hominibus collata fuerunt, vel quæ amodo in antea conceduntur, per hunc nostrum apostolicum privilegium vobis vestrisque successoribus in perpetuum confirmamus; quatenus sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ constitutum, nullius ecclesiæ jurisdictioni submitatur, præstante prænominato monasterio sanctæ nostræ ecclesiæ pro luminariis solidos quatuor. Quod si propter longinquitatem itineris aut forsitan inimicorum discrimen, aut propter regni dissidium, superius nominatam pensionem quotannis solvere non potueritis, liceat vobis post tertium aut quartum annum de præteritis annis omnem simul pensionem nobis nostræque ecclesiæ persolvere. Pro qua re piis votis faventes, ac nostra auctoritate id quod a tua religione exposcitur effectui mancipamus; et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem infra præfati monasterii ditionem qualibet auctoritate, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, Missarum solemnitate celebrare omnino prohibemus, statuentes atque promulgantes apostolica auctoritate sub interminatione futuri judicii nulli licere nostrorum successorum pontificum vel aliæ cuilibet magnæ parvæque personæ, tam dux, sive marchio, aut comes, sive tam gastaldus, vel cujuscunque dignitatis præditus sit homo, hæc quæ a nobis intentione decreta sunt privilegia pia in quoquam convellere, potius firma stabilitate inconvulsa manere definimus, atque anathematis vinculo, nisi resipuerit perpetuis temporibus observanda. Qui vero pio intuitu custos et observator hujus nostri privilegii, præcepti, confirmationis paginam in om-

nibus extiterit, benedictionis gratiam a retributore omnium bonorum Deo consequi mereatur et vitæ æternæ particeps efficiatur. Curæ ergo tuæ sit monasterii fratres quo præses egregiis moribus ac vita irreprehensibili exornare, ut profecto juxta id quod subjectos apostolicis privilegiis maluit inconcussa dotando, desideret potius et anhelet inviolabili cælestis affluentia munere diurnis disciplinæ precibus decorandos. Sit profecto communis et sincera vita, sit sobria communis sinceritas, ut quibus mundus est mortuus ac sepultus, per incentiva contentionis vitia minime suscitetur, quia incassum quis et frustra laborare cognoscitur si superbiam vitiorum aucrici colla submittere sentiat. Sit excelsa in Deo humilitas, quia per hanc electi arcem cælestium munerum possederunt. Sit igitur ante oculos mentis et corporis traditionum regula, quam sancti quidam tradiderunt patroni, ut unusquisque prælatus noverit qualiter debeat imperare subjectis, ne dum aspera et non unicuique servari aptissima videntur imponi, atque ad contemptum prorumpant de imperantis indiscretionem subjecti. Sit itaque moderata vivacitas, sit sollicitudinis supereminens in fratribus serenitas; ut dum regulariter omnes qui se Deo integerrime conferunt per obedientiam lineam bene servientes temporalia, ad gaudia cælestis patriæ perveniant sempiterna. Et hæc quidem quæ ad sollicitudinem pertinent dixisse sufficiunt. Ante omnia vero Redemptoris nostri misericordiam cum ingemiscimus, redemptionem nostram expectantes enixius cum singulis gentibus exspectamus, ut ea quæ pietas flagitat, fragilitas humanæ conditionis sufficienter atque confidenter de sui auctoris suffragatione adimpleat. [Scriptum per manus. . . Cætera desunt.]

IV.

LEONIS VIII CESSIO DONATIONUM ROMANÆ ECCLESIE.
(Anno 964.)

[Apud Pertz, *Monumenta Germ. hist.*, Leg. tom. II, p. 168.]

MONITUM.

Constitutionem cum libello Theodorici de Niem l. c. vulgatam, jam ex collectione decretalium Cæsarea Vindobonensi inter libros Juris canonici n. 105 signata mbr. sæc. XIII, olim monasterii Frankenthal inter Spiram et Wormatiam, kopitarius noster transcripsit. Charta vel ex subscriptionibus apertissime falsitatis arguitur; et in controversia sacerdotii et imperii sub Henrico IV aut V contra suppositas Ludovici, Ottonis et Henrici donationes defensionis instrumentum, confecta esse videtur.

Item decretum ejusdem papæ Leonis.

Leo servus servorum Dei episcopus, OTTONI spirituali filio nostro in Christo imperatori augusto, omnibusque successoribus tuis imperatoribus et regibus regni Italiæ.

Quod domnus Carolus rex Francorum ac Longobardorum et patricius Romanorum, nec non Pipinus pater ejus, de regalibus rebus hujus regni Italiæ tribuerunt in sancta Romana ecclesia beati Petri apostoli, sive per instrumenta quæ scripta

fuerunt per Etherium notarium suum, sive per sacramenta vel per donationem, seu per alios modos, sive obvenerunt per donationes de Justiniano imperatore et de Ariperto rege, hæc omnia largimur ac desinimus atque transactamus vobis Ottoni imperatori, et Adeleide conjugii tue regniq[ue] consorti, vestrisque successoribus hujus regni Italie, in perpetuum, sanctis evangeliiis et patrociniis pluribus sanctorum, videlicet de cruce Domini, et de caligis pedum suorum, et de vestimento inconsutili ⁵⁹¹, et supra corpus beati Petri, cum terribilibus sacramentis a prædicto papa et a suis cardinalibus per consensum et auctoritatem totius populi Romani tam clericorum quam laicorum, de ordinibus Romanorum ex unaquaque regione, præsentibus laudantibus ac firmantibus, pro nimia persecutione inimicorum Dei et ecclesie, ut Deus omnipotens victoriam tali regi tribuere dignetur et pellere eos ex provinciis imperii Romani.

Prædictas autem donationes quas hic specialiter nominabimus, perpetualiter in regalibus rebus succedere volumus per nostram apostolicam traditionem Id est: in Suriano (1976*); in monte Bardonis, et Lune, et insula Corsicæ, seu Regium, Parmam, Mantuam, Montem Silicis ⁵⁹², insulas Veneciarum ducatum Ferrariæ, Gabellum, Comaclum, ducatum Istriæ, Dalmatiam, exarchatum Ravennæ, Faventiam, Cesenam, castrum Tyberiacus, roca Modigliana, roca Elmiza ⁵⁹⁶, roca Cortuclaria ⁵⁹⁴, roca Fanilla, petra de Appla, seu castrum Tosianianum ⁵⁹⁵, castrum Ceperianum, petram Auri, Civitellam ducatum Ariminum, Concam, montem Feretrum, et montem Carpinum ⁵⁹³, seu Olympicum castrum Exforium ⁵⁹⁷, Bobium, Eugobium ⁵⁹⁸, Urbinum, et Forum Simphorini, Galli, et Senegalli, et Ancona, et Oximanum ⁵⁹⁹, Firmano, et Hesi, et ducatum Perusie, seu Urbs vetus; et Tuder, Amelia, seu Orti, montem Sirapti cum oppidis suis, castrum Cumanum ⁶⁰⁰, castrum Galliense, seu castrum Sutrium, Castellana, seu Tiburtina, ducatum Spolitinum, et Marsorum ⁶⁰¹, Zangar, seu totiusque ⁶⁰² lacum Bara-

ni, Terma, et Termula, Dracomaria, Lisimas, montem Gargani, et Capitenata, Apulia, Calabria, Rar ⁶⁰³, Teranto, ducatum Neapolis, ducatum Beneventi, seu Capuam, Salernum, et Sorentum ⁶⁰⁴; et insulam Sardinia, insulam Meseum ⁶⁰⁵, insulam Aticiæ, insulam Ceum ⁶⁰⁶, montem Lucreti, montem Argentarii, territorium Gauzitano ⁶⁰⁷, territorium Prænestinum ⁶⁰⁸, territorium Silvanum, territorium Clusinum, territorium Fundano, territorium Casipate ⁶⁰⁹, territorium Vegetanum, territorium Claudianum, territorium Canusinum ⁶¹⁰, territorium Saviniense, territorium Suerranum ⁶¹¹, territorium Canino ⁶¹², territorium Portuense cum insula Arsis ⁶¹³, territorium Hostiense cum maritimis, castrum Lucedis ⁶¹⁴ et montem Bibionis ⁶¹⁵ cum tota Campania, civitatem Fundis ⁶¹⁶, civitatem Anagninam ⁶¹⁷, Aquinenses, seu Ferentinam ⁶¹⁸, Tarracinam ⁶¹⁹; item civitatem Laurentum ⁶²⁰, et Suphratam, et Lisinas ⁶²¹, et Septimi, et Miticies; item civitatem Nepesinam, civitatem Falisca, et Fidenas ⁶²², Villa magna, Feretrum, Biterva ⁶²³, Vetralla, Pontem logum, Gessum, roca Bergulli ⁶²⁴, roca Taniano ⁶²⁵, roca Bociola, Castrum ruptum, Alborum, Castrum rubeum; item Neapolim, Caliopolim ⁶²⁶, Cotroam, et Regiam ⁶²⁷, Amelfetanis ⁶²⁸, Raspidum, caput Apuliæ, caput Lirnum, Melfi; item Balenses ⁶²⁹, Pinenses, Forconini, civitatem Mortanam, Torritanum, Pateranensi, Merathensi Cathensi, Athenis, monasterium sancti Benedicti Aquinense, monte Cassini, monasterium Farphis, monasterium Imbellaris ⁶³⁰, monasterium sancti Hylarii; item monasterium sancti Vitalis Ravennæ, monasterium sancti Archangeli Bononiæ, monasterium Aule regie, monasterium Nonantule ⁶³¹, monasterium martyris ⁶³² constitutum Tusciæ: ut habeatis, teneatis, et possideatis in perpetuum ⁶³³. Nam si quispiam hanc nostram auctoritatem destruxerit et hujus violator repertus fuerit, sive contra hoc agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et nostram nostrorumque prædecessorum casurum. Insuper nisi a malo resipuerit,

VARLÆ LECTIONES.

⁵⁹¹ inconsumabili *cod.* ⁵⁹² monte Celete *Th.* ⁵⁹³ Coniza *Th.* ⁵⁹⁴ Corniculariam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Commensem, terminum castrum Ceperianum, arcem Conidariam, arcem Favillam *Th.* ⁵⁹⁵ Tusinianum petram Mauri Servutealni, ducatum Arimini, m. F. *Th.* ⁵⁹⁶ Carpimini *Th.* ⁵⁹⁷ Exfor c. Exforii *Th.* ⁵⁹⁸ Sugobium c. ⁵⁹⁹ Auxiniam, Gosam ducatum Perusii, Urbenetam et Tudertum *Th.* ⁶⁰⁰ Cimianum, c. Gallera *Th.* ⁶⁰¹ Sp. Marcham Marsii et Zangar *Th.* ⁶⁰² tetiusques. Zangar, Theatium, Locumbarem terram, Termulanensem, Drogonaiam *Th. de N.* ⁶⁰³ Bari? — Calabriam, Borterantum *Th.* ⁶⁰⁴ torentum aut otrentum c. Otrenti insulam *Th.* ⁶⁰⁵ Messanam *Th.* ⁶⁰⁶ seu montis L. *Th.* ⁶⁰⁷ Cusitanum *Th.* ⁶⁰⁸ prædestinum c. P. et Cornetum prope mare cum multis castris, terram Silandis *Th.* ⁶⁰⁹ Casinate? ⁶¹⁰ Camisinam *Th.* ⁶¹¹ Suanensem *Th.* ⁶¹² caninō an caranō? *KOPITAR.* Corami *Th.* ⁶¹³ Arohis *Th.* ⁶¹⁴ Luccolis *Th.* Luceolis? ⁶¹⁵ Bobium *Th.* bibio c. ⁶¹⁶ undis c. ⁶¹⁷ aganinam. Aquirienses c. ⁶¹⁸ florentinam c. ⁶¹⁹ Terrarium *Th.* ⁶²⁰ Lamentum *Th.* ⁶²¹ Lisuvinas, Septimi Tramiricies civitatem *Th.* ⁶²² sidenas c. ⁶²³ Biterna c. *Th.* ⁶²⁴ Bergali *Th.* ⁶²⁵ Fanuanam, roca Pallioli *Th.* ⁶²⁶ Saliopolim *Th.* ⁶²⁷ C. Aregium c. ⁶²⁸ Almesiconis, Transpadum, caput *Th.* ⁶²⁹ Belbuisse, Pineum, Fortomini, civitatem maritimam Territanensem in regno Trinacria, Pateransem, Meranensem, Cachamensem, Athenarum, monasterium S. Benedicti in monte Casino *Th.* ⁶³⁰ imbellimarum *Th.* ⁶³¹ Novauculæ *Th.* ⁶³² martyrum *Th.* ⁶³³ p. ad usus curiæ et militiarum vestrarum, ad bellandum et expugnandum contra prædictos paganos, et contra rebelles Romani imperii. Ideoque per hujus nostri auctoritatem instrumenti confirmamus, corroboramus in omnibus progeniebus vestris, de generationem in perpetuum *Th.*

NOTÆ.

(1976*) V. recens. *Adrianus papa obtinuit* apud Borgiam Breve Istoria del dominio temporale, etc. Ap. p. 1. sqq.

subiaceat legi Juliae reus regiae potestatis et rei publice, ut hii qui contra rempublicam vel contra imperatoris magestatem aliquid moliti fuerint, anime amissionem sustineant et bona eorum publicentur. Fiat, fiat. In his actis interfuere ⁶⁴⁴: Eustacius Albanensis ⁶³⁵. Georgius Portunensis. Gratosus Prenestinus episcopus. Deodatus Hostiensis. Benedictus Tiburtinus. Cardinales his actis interfuere: Benenatus cardinalis sanctae Ceciliae. Julianus presbyter Laterani. Marcus presbyter sancti Pauli apostoli. Gregorius cardinalis ad Vincula. Andreas presbyter patriarcho Laterani. Faustinus presbyter sancti Petri. Hii omnes cardinales. In his actis interfuerunt archiepiscopi et episcopi de vicinis: Ciconatus archiepiscopus Caralitanus. Marcianus Narniensis. Gerardus Castriensis. Gregorius Tudertinus Andreas Momentanus. Savinianus Plerane. Dalmianus Alpinus. Joannes Petrusinus. Valentinus Meranensis. Theodorus Mileto. Alberius Marceriae Hii ⁶³⁶ omnes archiepiscopi et episcopi. Faustinus caput A senati exconsul. Propinus exconsul palacio Luciano Paulus de templo Palatinis ⁶³⁷. Leo de via Salaria Stauflus de via Mamertina. Gaidus de via Flaminea. Goibius de via Latina. Savinus de via Appia. Merianus de via Tiburtina. Raidus de macello ⁶⁴⁸ Lydiae. Item de omnibus his regionibus his actis interfuere Regio de vico Patricii. Regio caput Tauri. Regio rivum Argentarium. Regio ad duo adamantos. Regio octava sub Capitolio. Regio Liberatica. Regio Sici- nii. Regio via lata. Regio Celio monte. Regio prima Aventino. Regio urbis Ravennae. Regio ad Gallinas albas. Regio Ocrea. Regio secunda Marmertini. Regio secus Portam Metrorii. Jancarius ex nota Greco- rum. Johannes consul de palacio Sosoritano. Jobia- nus de fonte Aureo. Gregorius de Cellanova. Roma- nus de forma Trajana. Johannes de via Claudia. Remigius de via Aurelia. Romulus de via Ardeati- na. Marcus de via Portuensi. Trajanus de ponte Molbio. Amatus consul de palacio Vaticano ⁶³⁹. Pi- trosius ⁶⁴⁰ de Circo ⁶⁴¹.

VARIAE LECTIONES.

⁶³⁴ i. archiepiscopi et episcopi de vicinis c. i. a. et e. alii de v. comitatibus Th. de Niem ⁶³⁵ *Subscri- ptiones Theodorici de Niem hæc sunt*: Archiepiscopus Calaritanensis. Ciconatus episcopus. Eustacius Albanen- sis episcopus. Gratosus Penestrinensis episcopus. Benedictus Tudertinensis episcopus, Boardus Castrensis episcopus. Joannes Perusensis episcopus. Georgius Ortensis episcopus. Valentinus Menensis episcopus. Andreas Momentanensis episcopus. Theodosius Miletensis episcopus. Savianus Ferenensis episcopus. Albertus Lucernensis episcopus. Damianus Alanus. Hi omnes archiepiscopi et episcopi in his actis inter- fuere. Cardinales, presbyteri: Geordinus cardinalis in vincula. Benedictus cardinalis de præsepe sanctae Mariæ. Cardinalis presbyter Leo sanctae Jerusalem. Cardinalis presbyter januarum sanctae Cæcilie. Andreas patriarchatus Lateranensis cardinalis. Presbyter Faustinus sancti Petri apostoli. Hi omnes cardinales his actis interfuere. Omnes scholæ Romanæ, deinde proscrinarii, satellarii ex omni ordine Romanensi atque minoris populi Romani. Item Faustinus caput, senatus exconsul, protribunus, exconsul palatio. Lucianus Romanensis de forma Trojanensi. Paulus de templo palatii. Johannes de via Claudia. Leo de via Salaria. Remigius de via Aurelia. Scamphus de via Mamertina. Romulus de via Ardeatium. Sardus de via Flaminia. Marcus de via Portuensi. Garbus de via Latina. Savinus de via Appia. Menanus de via Tiburtinensi. Gardus de macello Lydiae. In his actis interfuere de omnibus regionibus istis: Regio Vico patricii. Regio caput Dauri. Regio viri argentarii. Regio ad duos montes. Regio octava sub Capitolio. Regio Lybantica. Regio Fundanar. Regio Via lata. Regio Celimonte. Regio prima Aventini. Regio urbis Ravennae. Regio ad Gallinas albas. Regio herea. Regio secunda Mamertini. Regio secus portam Metronii. Januarius ex nota Græcorum, Trojanus de ponte Milvio. Joannes consul de Palio Sosortanensi. Amatus consul de palatio Vaticanensi. Joannes de Monte aureo. Petrocius de circo. Gregorius de Cella nova. ⁶³⁶ aii c. ⁶³⁷ palaci- nis c. ⁶³⁸ mallo c. ⁶³⁹ vatirano c. ⁶⁴⁰ Petrosius corr. Pitrosius. ⁶⁴¹ *Theod. de Niem hæc addit*: Scripta per manum Gregorii archinotarii nostri. Datæ in patriarcho Lateranensi 3. Calend. Maii, indict. 6. Anno ejus secundo, et dicti domini Othonis secundo feliciter.